



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Cur corpus suum templum Dei Christus appellat?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-83011](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-83011)

De templo Salomonio sunt interpretati, quod disolutum vnico momento reedificare potuit, sed ille de eo miraculo, quid reuera futurum erat, loquitur. Templum corporis eius destruxerunt, & die tertia reedificauit.

Porro indignis pariter & contumacibus ita locutus est, vt & auctoritatem tueretur, nec tamen quod calumniarentur obtruderet. Contumaciam suam producit, quod miraculi promissione audita ipsi ad humana conuertuntur. Quasi vero miraculum non posset triduo fieri, quod tot annis inter aduersarios exstrui vix potuit.

QVÆSTIO II.

Cur corpus suum templum Dei Christus appellat?

§. 1. Templum corpus appellat, quod in eo Spiritus sanctus inhabitat. Sancti vocantur templi. Cor. 3. 16. 17. & 6. 19. & 2. Corin. 6. 16. nec opus monere, aliter sanctos, aliter Christum dici templum Dei. In nobis per gratiam, in Christo omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.

§. 2. Appollinaris hoc loco abusus est, vt probaret Christum animam non habuisse. Templum enim inanima sunt.

Respondedo futilem esse argutiam: Eo enim argumento conficeretur, Ne sanctos quidem animas habere, Apostolus enim eos templa vocat. Quod si etiam proprie templa intelligit, corpus Christi & sanctorum ex trabibus, saxo & cæmento coagmentatum dicat necesse est.

§. 3. Nestoriani duas personas in Christo esse hinc probare. Non enim dicit, soluite me, sed soluite templum hoc, loquitur de humanitate, alius autem est qui templum inhabitat, aliud quod inhabitatur, duæ igitur personæ sunt. Ita Cyrillus in repreh. articulo Cyrilli.

Responsio tamen facilis est: Diuersitatem enim naturarum duntaxat, non personæ indicari in confesso est. Deus in corpore illo habitat, non vt & Deus, & corpus sint duæ personæ, sed vna persona diuinitatis est. Dicitur habitare in corpore anima, nec tamen non vna persona est homo ex anima & corpore compositus.

Nunquam animam talem dextrâ hac, abesse moueri, amittes, habitat tecum, & sit corpore in isto.

Sanè duas personas in Diance esse non venerat in mentem Turno. Imo homo interdum dicitur habitare in corpore, velut in tabernaculo. Iob 4. domos luteas habitare homines dicuntur. Et 2. Corinth. 5. 2. Petri 1.

§. 4. S. Athanasius, de assumptione hominis. lib. 3. & de incarnatione, vtramque Christi naturam hic probat, & Cyrill. lib. 1. Glaph. Eum verè Deum esse, qui seipsum excitauit. Τις ἐν αὐτῶν ἐγερῆι, φησὶ. ὁμοιον ὡς εἰ λέγοι, κατεκλιθῆναι ἐκείν, πάλιν ἢ τῆς πατρὸς ἐδέησε τῆς συνεργίας, εἰς ἀνάστασιν. παναληθῆς γὰρ αὐτῶς, ὡς διώκαις ἔπειθε: καὶ ἐκ ἀνικάνως ἔχον ἐστὶν ἡ δὴ αὐτῶν καὶ μάλα βαδίας, πλὴν ἐαυτῶ ζωοποιήσας ναόν. τὸ τὸ ποι καὶ ἐφασκεν Ἰσδαίοις πρὸς ἑσραῶν, λέγουσιν ἢ ναὸν τῶν, καὶ ἐν τῷ ἡμέρῃ ἐγερῆι αὐτῶν. ὅτι πάντα ἔδειξάν ἡν ἔνοιτο πρὸς τὸ πο αὐτῶ σιωπῆρας, ἀρκέσθῃ ἡ μόνος αὐτῶς ὡς ἰσχυρῶς ἔζημινητός, ἑπὶ δηλώσειεν ἀν' αὐτῶν φανῶς ὁ λόγος, id est: Quis igitur ipsum excitabit? inquit, quali dicat: Decubuit quidem volens, ita tamen, vt nullius opera indigeret ad resurgendum: quippe qui in se omne robur contineat, tanquam Dei Patris potentia. neque quequam in ipso desideratur, quominus possit, & quidem facile admodum, suum ipsius templum viuificare. Idcirco

Christus a seipso excitatus.

Christus a seipso excitatus.

dicebat ad Iudæos: soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Quod igitur nullius adminiculo ad hoc sit usus, sed ipse solus suffecerit, tanquam fortitudo Patris, haud obscure demonstrauit historia textus.

Nam reuera tribuit sibi ipsi virtutem, qua sese excitat. ἐγερῶ, suscitabo. Deus est suscitator, homo suscitatus, in vna persona duæ naturæ.

VERSUS 20.

Dixerunt ergo Iudæi: Quadraginta & sex annis edificatum est templum hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud?

QVÆSTIO I.

Cur dicitur annis quadraginta sex edificatum?

§. 1. Moris est, vt ædificia dicantur tot annis edificata, quot à iactis fundamentis, vltimo fastigium absolutum intercurrunt, quamuis aliquando intermittatur ædificatio. Hoc quoque ad templa lenem faciebat: nam in maximis substructionibus tanta impedimenta intercurrunt, quæ nunc quoque acciderent poterant, Iudæis sub Romana ditione constitutis. Hoc quidem de templo nos scriptura docet. Qui enim Babylone reduces erant, toto illo tempore, aut ædificabant, aut aliqua ad ædificationem necessaria parabant. Ioue filii Ioseph, & Zorobabel, in omnem octasionem intenti. Toto enim Cyri tempore ædificare conabantur, sed alii impediunt. i. Eld. 4. 4. Factum est igitur vt populus terra impediret manus populi Iudæ, & turbaret eos in edificando. Conduxerunt autem aduersus eos consiliarios, vt destruerent consilium eorum omnibus diebus Cyri Regis Persarum, & vsq; ad regnum Dario Regis Persarum.

Cyros mortuo mox ædificare ceperunt in regno Assueri. i. Eld. 4. 6. In regno autem Assueri in principio regni eius scripserunt accusationem aduersus habitatores Iudæ & Ierusalem.

Artaxerxe quoque defuncto, sub Dario de integro ad ædificandum se accinxerunt. i. Eld. 5. 2. Tunc scripserunt Zorobabel filius Salathiel, & Iosue filius Ioseph: & ceperunt ædificare templum Dei in Ierusalem, & cum eis Propheta Dei adiuuantes eos.

Eos autem tunc quoque Satrapæ prohibere conati sunt, vt fecerant sub Artaxerxe, cum prohiberent eos in brachio & robore. Sæpe etiam animum despondit populus, vt constat ex Aggeæ 1. 2. Hæc ait Dominus exercituum, dicens, populus iste dicit, Nondum venit tempus domus Domini adificande. Et factum est verbum Domini in manu Aggei Propheta, dicens, Nunquid tempus vobis est vt habitetis in domibus laqueatis, & domus ista deserta?

Propheta tamen & principes semper urgebant, idcirco Seniores Iudæorum respondent ministris Regis, tempore Dario, à Cyri tempore semper adificatum. i. Eld. 5. 16. Tunc itaque, Habbabasar ille venit: & posuit fundamenta templi Dei in Ierusalem, & ex eo tempore vsq; nunc adificatur, & necdum completum est.

Eadem ratione Iudæis nunc quod ad Esdræ verba alludentes respondent. ædificatum annos quadraginta sex, quibus se imper aliqui moliti sunt, sæpe prohibiti, sæpe incipientes, semper aliqua preparantes.

§. 2. Magna interim difficultas est in annis 46. conquirendis. A Salomone adificatum est annis septem, 3. Reg. 6. 37. Anno quarto fundata est domus Domini in Ierusalem.

ADAMI
112
+ Euan
CVI
112

Edificatio in preterito tempore...
Tunc scripserunt...
Eos autem tunc quoque...
Propheta tamen & principes...
Eadem ratione Iudæis nunc...
201